UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten ...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCCLXXXV. Der Rath der Stadt Stendal bittet den Kaiser um Entscheidung der Frage, wem er in dem jetzigen Kriege Beistand leisten solle, dem Herzoge von Braunschweig oder dem Markgrafen Ludwig von ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56193

Visual Library

pro ipſorum iuribus, quorum plenum poſſe et auctoritatem nobis reſeruauimus et reſeruamus preſentibus, defenſare, prout facultas nobis ſuppetit et tueri. In cuius etc. Teſtes Deck, Swarczburg, Buch, helb, Loterbeck. Datum Sehuſen, anno predicto (M. CCC. XLIII.) in craſtino beati vrbani.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CIII. — Fehlerhafter Abdruck in Ludwig, Reliq. Mſpt. VII, p. 86.

DCCLXXXIV. Gegen=Revers der von Oberg, vom 26. Mai 1343.

Nouerint etc. Quod nos, Ego hilmerus, Johannes et henricus, ejusdem patrui, dicti de Oberghe, bona fide promiſimus et preſentibus promittimus magnifico principi, domino noſtro Ludovico, Marchioni brandenburgenſi, domino noſtro kariſſimo, cum municionibus et caſtris noſtris, habitis et habendis, et ſingulariter cum caſtro dicto oueſuelde, gwerris et diſſenſionibus inter ipſum et duces Brunswicenſes durantibus, pro ſingulis ſuis neceſſitatibus, conſiliis et auxiliis ſibi noſtris preſtitis intendere, obedire fideliter et parere. Pro qua quidem paricione nobis ſacere debebit ſecundum ſuarum ſuper eo nobis datarum continentiam litterarum. Pariter etiam, ſi decreuerit idem dominus noſter Marchio officiatique ſui, premiſſa gwerra durante, cum armatorum exercitu in municionibus et caſtris noſtris, et ſingulariter in premiſſo caſtro oueſuelde, ſtare, moram facere, ſumptus et expenſas habere, prout ipſorum compecierit beneplacito voluntatis; Tenemur et debemus et volumus eidem domini noſtro marchioni, heredibus et ſucceſſoribus ſuis legitimis cum caſtro dicto Bardorp, ſi quouis modo id conſecuti vel adepti fuerimus, quod idem exnunc nobis in iuſtum et legale pheodum contulit, contra quemlibet, cuiuscunque conditionis exiſtentem, pro ſingulis ſuis et ipſorum indigentiis, parere, intendere et fideliter obedire. Debebit etiam nos vna cum municionibus et rebus noſtris pro iuribus noſtris, quorum tamen auctoritatem et plenum poſſe ſibi damus, preſentibus dedimus et donauimus, contra quoslibet noſtros offenſores violentos et indebitos defenſare pariter et tueri. In cuius etc. Teſtes ut ſupra. Datum anno predicto etc. feria II ante feſtum penthecoſtes.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CIV. — Fehlerhafter Abdruck bei Ludwig, Reliq. Mſpt. VII, p. 87.

DCCLXXXV. Der Rath der Stadt Stendal bittet den Kaiſer um Entſcheidung der Frage, wem er in dem jetzigen Kriege Beiſtand leiſten ſolle, dem Herzoge von Braunſchweig oder dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg, am 30. Mai 1343.

Nos Conſules in Stendal in preſentibus recognoſcimus et proteſtamur, Quod dominus noſter Ludouicus, marchio Brandenburgenſis, princeps illuſtris, per omagium

ſibi, ut vero domino noſtro hereditario, per nos factum et juratum, nos monuit et requiſiuit, Quatenus in diſcordia et in gwerra, quam habet cum domino noſtro duce brunsuicenſi, illuſtri principe, contra eundem Dominum noſtrum Ducem Brunſwicenſem adjutorium ſibi preſtaremus, quemadmodum noſtrum deceret honorem. Similiter idem dominus noſter dux brunsuicenſis, princeps illuſtris, cui ad mandatum domini noſtri glorioſiſſimi principis, domini Ludouici Romanorum imperatoris et ad mandatum predicti domini noſtri Ludouici, marchionis brandenburgenſis, omagium ad vitam ſuam fecimus et jurauimus, qui nunc nos in ſua habet poſſeſſione, per idem omagium, ſibi per nos factum et juratum, etiam nos in adjutorium contra predictum Dominum noſtrum Ludouicum, Marchionem Brandenburgenſem, ſub debito noſtri honoris, ſerioſe nimis requiſiuit. Nos vero, cui predictorum dominorum noſtrorum principum ex debito honoris noſtri et de jure adjutorium facere debeamus, ignorantes, volumus informari, a prouido conſilio domini noſtri Ludouici, marchionis brandenburgenſis predicti, majeſtatem et curiam glorioſiſſimi domini noſtri Ludouici Romanorum imperatoris viſitare pro jure et honore noſtro audiendo Ita, quidquid in premiſſis, videlicet, vtrum domino noſtro Ludouico marchioni Brandenburgenſi, an domino noſtro duci Brunswicenſi adjutorium in guerra ſtante inter ipſos nunc et deinceps facere debeamus, in curia Domini noſtri Ludouici Romanorum imperatoris et in ſuis apertis literis nobis pronuntiatum, ſcriptum et ſigillatum fuerit, quod in premiſſis de jure et ex debito noſtri honoris facere debeamus, hoc in preſentibus facere promittimus bona fide. In cuius teſtimonium noſtrum ſigillum magnum tergotenus cum noſtro ſecreto ſignatum preſentibus eſt appenſum. Sub anno domini M°. CCC°. XLIII°., feria ſexta ante feſtum penthecoſtes.

Nach dem Copialbuche des K. Geh. Kab.-Archives I. Cod. 4. in qu. Bl. 69. — Gercken's Cod. I, 284.

DCCLXXXVI. Kaiſerliche Entſcheidung darauf vom 25. Juli 1343.

We Ludowich, van gods gnaden Romiſche keiſer, to allen tyden merer des rikes, bekennen openlik met deſſen breue, dat de ratman to Stendal, nach anghewiſunghe vorſten, heren vnd wiſer lude vor vns komen ſind van des kriges weghen, de twiſchen den hochgebornen Vorſten Ludowich, marggreuen to Brandenborch, vſes lieuen ſones vp eyn ſyden und Otten, Herthogen to Brunswik, vp die anderen ſyden vpgeſtanden is, vnd hebben ſik an vns bevraghet vnd ghedinghet met ir breuen, de herna van worde to worde beſcreuen ſint, wan ſie van beyden vorſten vmme hulpe ghemanet ſind, welkerme ſe van rechtes weghenne nu vortmer behulpen ſin ſcholen und deſſer breue heuet ſik alſo an.

We ratman to ſtendal bekennen in deſeme breue, dat we vſen heren margreue Ludowich van Brandenborch hebben gehuldighet to rechtem erue. Dat is geſchen in Anno domini M°. CCC°. XXIIII°. in ſunte Sebaſtianes daghe. Darna heft he vs ghewiſet